1<sup>a</sup> Malebranche docet sensationes a Deo solo in nobis produci; 2<sup>a</sup> Leibnitzius in sensatione videt naturalem evolutionem monadis sentientis; 3<sup>a</sup> Materialistae sensationes habent ut actiones et reactiones mechanicas; 4<sup>a</sup> Cartesius, ut affectiones mero subjectivas; 5<sup>a</sup> Schola scotica docet in sensatione animum, quodam instincu natura motum immediatè, nempe sine ulla specie, percipere objectivam corporum realitatem. 123

*Systematum scholasticum circa naturam et genesisem sensationum expositione synthetica.* I. Objectum facultatem movet per species intentionales, que tum dicuntur *impresso*. II. Subjectum sic motum producit motum speciem *expressum*. III. Species impressa non est objectum cogniti-

tionis, sed medium quo. IV. Species expressa dici potest  
medium in quo percipitur objectum.

§ II. Crisis thetica sententiarum circa naturam et  
originem sensationum.

THESSIS I. Ut sensitiva exurgat requiritur influxus objec-  
torum materialium in sensu, nam <sup>1o</sup> sensu est facultas  
per se indifferens : <sup>2o</sup> id renuniat conscientia. Corol.  
Ergo falsa sunt opiniones Malebranchii et Leibnitii.

THESSIS II. Hæc determinatio ab objecto proveniens debet  
intrinsecus offere vim sentiendi, seu speciem impressam  
producere, nam secus <sup>1o</sup> potentia ipsa de se indifferens,  
non determinaretur, <sup>2o</sup> objectum active non concurreret  
ad sensationem. Corol. Ergo falsa est sententia scholae  
scotie.

THESSIS III. Species impressa non est objectum sensibilis  
cognitionis, sed medium quo. I<sup>a</sup> Pars : Si esset objectum  
quod, <sup>1o</sup> non concurreret ut principium, <sup>2o</sup> non percipie-  
remus res externas. <sup>2a</sup> Pars, est objectum quo, nam consi-  
patur ut causa inducens. Corol. I. Ergo falsa est theoria  
Cartesii. Corol. II. Inepta est disputatio de ponte.

THESSIS IV. Objectum quod sensibilis cognitionis sunt  
qualitates sensibilis, quo speciem impressam producent. Sensu  
enim, qui percipiunt objecta realia, nequeunt ad ipsum  
percipiendam se attollere.

THESSIS V. Species expressa non recipiunt sed efformant,  
nam sensatio est actus vitalis et immannens. Schol. Haec  
species est ipso actus sentiendi.

THESSIS VI. Species expressa est medium in quo directe  
objectum percipimus, nam sensatio est operatio immans  
unde non permeat objectum in propria natura. Schol.  
Tamen sensatio est immediata corporum perceptio. Corol.  
Sensationes in propria sensoriis perficuntur.

§ III. De phantasmatibus imaginationis et somniis.

I. Facta qua naturam phantasmatis et somniī pata-  
cere sunt : <sup>1o</sup> temperamentum, valerudo, etc. seu dis-  
positio corporis, momentum habet in phantasmatibus;  
<sup>2o</sup> status animi etiam determinat diverse phantasmatata.

Somnia suam originem trahunt sive a corpore sive ab  
animo. Somnambulismus : <sup>1o</sup> somnambul aliquando  
agunt scilicet in statu vigiliæ, in <sup>2o</sup> quandoque perfectius;  
<sup>3o</sup> opera arte facta sine lumine perfuncti, etc.

II. Factorum explicatio. <sup>1o</sup> ad phantasmatum reproduc-  
tionem probabiliter requiritur motus fluidi nervi in

423

426

427

428

429

430

431

432

cerebro inchoatus : inde dispositio cerebri et corporis  
aliquid conferit. <sup>2o</sup> Diversæ affectiones possunt disponere  
ad talia phantasmatata. Verum facta insciæ aliquando  
sunt prænaturalia.

132

## ARTICULUS II.

*De actu intelligendi, seu de idearum natura et origine.*

Questionis status. Hic querunt philosophi quomodo  
mens cognoscere possit universalia, necessaria, etc. Sen-  
sus enim nomini individua cognoscunt.

134

§ I. De natura conceptuum universalium.

I. *False sententiae* : Reponitur universalitas tum in vo-  
cibus, tum in conceptibus, tum in rebus : inde nominalis-  
mus, conceptualismus, realismus.

435

THESSIS I. Universalitas in meritis vocibus non continentur,  
secus <sup>1o</sup> voces non essent vera signa conceptuum ; <sup>2o</sup> nulla  
similitudo reprehendendi posset in individuis ad commune  
vocabulum confundandum.

436

THESSIS II. *Conceptus universales fundamentum habent*  
in rebus. Prob. <sup>1o</sup> alter conceptus non essent signa re-  
rum; <sup>2o</sup> propositio : Petrus est homo, significaret : Petrus  
est idem hominis; <sup>3o</sup> Conceptualismus realitatem scientia-  
rum destruit.

437

THESSIS III. *Universalitas ipsa non est in rebus*, secus  
<sup>1o</sup> aliquid esset simul universale et particolare; dici pos-  
set, v.g.: Petrus est humanitas; <sup>2o</sup> aditus patet ad pan-  
theismum.

437

II. *Vera sententia circa naturam universalium. Natura*,  
que in idea universalis representatur, est in rebus; uni-  
versalitas vero, in solo intellectu. Præmolata : duplex  
intuitio : directa et reflexa; duplex etiam intuitions ter-  
minus : objectivus et subjectivus.

438

Universalis, quod distinguitur in directum et reflexum,  
est terminus subjectivus aliquipus intuitions.

439

§ II. Systema scholasticum.

Illiud sistema, quod ad formam scientificam exigit  
S. Thomas, secuti sunt omnes theologi.

439

1. *Systema in universum exponitur. Intellectus et objectum*  
active conspirant in intellectionem : <sup>1o</sup> objectum ex-  
trinsecus determinat intellectum, mediante specie sensili  
expressa; quocirca cognitione exordium ducit a sensu. <sup>2o</sup> In-

selectus duo habet munia : illuminat phantasmata, et tum dicitur *agens*; elicet speciem expressam seu verbum : hoc operatio se refert ad intellectum *possibilem*. Species expressa non est quid intelligitur.

*II. Exempta systematis veritas ostenditur.* TESIS I. In presenti vita statu lo intellectio fit dependenter a representatione sensibili, que tamen 2o virtutem actionis effectiva et intrinsecus determinare nequit. 1a Pars constat 2o experientia, 2o ex eo quod intellectus est potentia ex se indifferens ad omne ens cognoscendum. 2a Pars liqueficiat, quia representationes sensiles, que et conditionibus materie non sunt expedite, facultatem inorganicam intrinsecus afflere nequeunt; ista representationes non nisi in facultate organica residere possunt. *Corol.* Inde representationes illae non sufficiunt ad determinandum intellectum.

*III. Ad intellectum explicationem supponi debet in anima quedam spiritualis virtus activa qua intrinseca non eget determinatione et virtutem intellectum intellectus intrinsecus determinare possit.* Nam 1o indifferentialia intellectus est intrinseca. Ergo intrinseca eget determinationes quasi effici nequit nisi a facultate spirituali activa. 2o Intellectus determinari nequit sive a rebus materialibus, sive ab extrinseca vi spirituali, sive a aliquo indeligibili in actu. *Schol.* Intellectus agens est quedam participatio luminis divini.

*IV. Intellectus possibilis est facultas passiva simul et activa.* 1a Pars constat 1o ex dictis et expensa experientia, 2o ex quo est facultas ex se indifferens ad hoc vel illud cognoscendum. 2a Pars eluct ex eo quod intellectus possibilis efformat speciem expressam. *Schol.* Actio intellectus possibilis non differt a verbo, nisi secundum modum concipiendi.

*V. Abstractio ad universalitatem, necessitatem, immutabilitatem, etc., idearum explicandam sufficit;* dat enim essentiam absolute sumptam. *Schol.* Hinc requirunt et sufficit vis abstractiva.

*VI. Id quod per cognitionem directam intelligitur, non est species impressa vel expressa, sed res ipsa, cuius species sunt similitudines, secus intellectus non cognoscet nisi suas proprias affectiones.* *Schol.* Species impressa est objectum quo : species expressa, in cognitione reflexa, est medium in quo.

*III. De processu explicativo cognitionis humanae, seu de ordine in cognoscendo.* TESIS I. In ordine directo et sponte-

439

445

446

447

448

449

*taneo cognitionis intellectualis, mens exorditur a conceptibus universalibus, seu maxime indeterminatis.* Id constat 1o experientia, 2o ex eo quod intellectus ab imperfectione cognitione ad distinctiorum progreditur.

*II. Secundario et per reflexionem super actus sensitivitatis singularia intellectualiter cognoscimus.* 1a Pars constat ex dictis; 2a pars veritas elucescit ex eo quod intellectus non cognoscit singularia nisi per characteres externos. *Schol.* Momenta sententia Suarezii.

450

*De cognitione immaterialium secundum rem.*

*III. Anima nostræ seipso cognoscit, non per essentiam, sed per suos actus.* Etenim si se cognosceret per suam essentiam, semper se actu intelligeret. *Schol.* Anima se cognoscit quod existentiam et quod essentiam.

452

*IV. Omnes rationes immateriales rerum a sensibus vel proxime et remote originem ducunt, quippe cum nihil obstat quin ita apprehendatur.*

452

*De iudicio.* Mens a simplici apprehensione ad iudicia pungens, format axiomata, quorum primum est principium contradictionis. De habitu inato principiorum.

453

*Simplex apprehensio semper praecedit iudicium, nam necessaria iudicium elementa sunt simplices apprehensiones.*

454

*§ III. De falsis circa originem idearum systematibus.*

*I. De idealismo transcendentali.* Cognitio constat materia, seu elemento a posteriori, et forma seu elemento a priori. Triplex ordo facultatum : Sensibilitas, intellectus, ratio. Ordo inferior materialis suppediat ordini superiori. Ratio omnia que cognitione attinguntur, ad unitatem absolutam redigit, opere trium formarum a priori.

455

*Confutatio. TESIS.* Systema Kantii ad explicandam originem idearum est impor, et in se plane absurdum. Etenim 1o cognitionem inexplicabiliter reddit, 2o innumeris congerit commenta, 2o negationem omnium fere veritatum importat.

456

*II. De traditionalismo.* Ex loquela pendent omnes veritates acquisita, ut contendit de Bonald, aut veritates ordinis tantum suprasensibilis et moralis, ut vult D. Bonnety, aut saltem cognitiones, juxta Venturam. Alii domine Traditionalis, libidine potius quam ratione aut experientia ducti, formas a recensitis plus minusve diversas excogitaverunt.

*Fundamenta systematis.* Traditionalistæ ad facta pertinet provocant ab ipsis tamen parum apte dispecta; sola enim factorum analysis destruit argumentum Traditionalium.

*Directa systematis confutatio.* THESIS. I. *Idearum universalium adeptio e sermone absolute et physice non pendet*, nam loquela constat signis arbitrariis, quæ subaudient rem significatam seu ideas. *Corol.* Ergo sermo hic haberi nequit sive ut causa efficientis, sive ut conditio necessaria. *Schol.* Loquela tamen est valde utilis ad mentis evolutionem.

THESIS II. *Homo aliquam veritatem cognoscere potest viribus propriis, nempe sine auxilio divinae revelationis quam tradidit transmitteret.* Secus 1<sup>o</sup> societatis testimonianum esset unicum veritatis criterium, nullus error emendari posset, — mens humana ad errorem necessitate physicalis compelletur. *2<sup>o</sup>* Sermo nequit intelligi nisi ab eo qui jam ideas habet. *Corol.* Traditionalismus importat confusione inter ordinem naturalem et ordinem supernaturalem.

THESIS III. *Sermon ipse, licet de facto, primo homini a Deo infusus fuerit, potuisse absolute loquendo ab homine innervari.* Id enim est intrinsecè possibile, ino et extrinsecè, seu speciosi adjunctum.

III. *De ontologismo.* Hoc sistema originem idearum repetit ex immediata Dei intuitione. Ontologismus dividitur in rigidorem et semi-ontologismum.

*Ontologismi severe accepta* duas sunt forma principia: *1<sup>o</sup>* Juxta Malebranche, omnia in Deo quotidatively sumpto videmus; *2<sup>o</sup>* secundum Gibertiolum, ideas existentiarum intuemur in ipso actu quo Deus has existentias creat.

*Sem-ontologismus* docet hominem omnia cognoscere in idea entis, quæ est ipse Deus. Idem fere sentit Rosmini qui tamen per ideam entis intelligit ens ideale.

*Fundamenta systematis expenduntur.* — *1<sup>o</sup> ratio*: Ens finitum cognosci nequit nisi Ens ipsum seu Deus prius cognoscatur. *Resp.* His confundunt ens infinitum et ens abstractissimum. *2<sup>o</sup> ratio*: Universale est quid infinitum et aeternum. Ergo nomini in Deo cognoscitur. *Resp.* Id fundatur in falso conceptu universalitatis. — *3<sup>o</sup> ratio*: Intellectus humanus debet determinari ab intelligibili in actu, seu a Deo. *Resp.* Si non esset in homine intellectus agens, conc.

*Confutatio directa* THESIS I. *Deus a nobis in hac vita non videtur directe et immediate.* *4<sup>o</sup>* Ejusmodi visionem

160

161

162

164

165

166

167

168

directam negat conscientia; *2<sup>o</sup>* hac doctrina destruit discrimen reale inter visionem naturalem et visionem beatificam. *Schol.* Confirmatur thesis ex declaratione S. Cong. Inquisitionis.

THESIS II. *Immediata Dei intuitio non est medium extiterum cognitionum, nam secus statim et plane cognoscemus intimam rerum essentias, etc.*

THESIS III. *Semi-ontologismus est ontologismo puro absurdior et periculosis.* *1<sup>o</sup> Pars*: est periculosior ultiō viam planiorē ad pantheismū et rationalismū sternens, *2<sup>o</sup> Pars*: est absurdior, nam plura confundit, et Deum reddit cum mente humāna quodammodo identicum. *Schol.* Prop. IV S. Cong. Inq.

THESIS IV. *Systema, quod ex innata idea entis, sive realis sive possibili, originem idearum expedit, innumeris scatet auctorizationibus.* *1<sup>o</sup>* Confundit ens infinitum cum ente in communi; *2<sup>o</sup>* ens infinitum sensatio determinaretur, *3<sup>o</sup>* Ens reale heret omnia; ens ideale esset terminus objectivus cuiuslibet cognitionis. *Schol.* Prop. V. S. Cong. Inq.

172

173

## ARTICULUS III.

## De voluntate.

Volitionis nomen varie sumitur. Volitio in *facto esse* dicitur voluntarium Ad voluntarium liberum quatuor requiruntur.

Subjectum libertatis est voluntas; causa ejusdem est ratio, quæ voluntatem dirigit per judicium, tum speculativum tum practicum.

THESIS I. *Intellectus movet voluntatem non physic sed moraliter, media nempe obiecto quod proponit* *1<sup>o</sup> Pars*: movet, nam nil voluntum quin praecongitum. *2<sup>o</sup> Pars*: movet moraliter, nam voluntas est sujectum libertatis.

THESIS II. *Voluntas, modo determinata, moveri potest per quodlibet iudicium sive speculativum sive practicum.* Obiectum actus libertatis præsens, quantum satis est per judicium speculativum.

THESIS III. *Voluntas, posita etiam iudicio practico, potest pro libito in appositam partem flecti.* Secus 1<sup>o</sup> quelibet motio libera voluntatis indefinite expostularet iudicia practica; *2<sup>o</sup>* ipsa voluntas reapse non esset libera. *3<sup>o</sup>* Idipsum constat experientia. *Schol.* Explicatio quorundam rejicitur.

175

176

176

177

178

## THEOLOGIA NATURALIS.

Theologia naturalis a supernaturali differt quod objec-  
tum formale. Distribuitur praesens tractatio in tria capita. 181

## CAPUT I.

## DE DEI EXISTENTIA.

## ARTICULUS I.

*Quomodo Deus a nobis cognoscatur?*

Nostra de Deo cognitione non est intuitiva, neque per  
ideam innatam; Dei existentia non est veritas per se nota  
quod nos. Tamen sine formalis discurso obtinetur. 182

THESSIS I. *Dei existentia ab homine cognoscitur per dis-  
cursus rationis*, siquidem nostra cognitione a sensu princi-  
pium sumit. 184

THESSIS II. *Hoc cognitione per discursum omnium fere ra-  
tiocinationum facultatum obtinetur*, nam unice expositum  
experiens omnium obviata et cognitionem vulgarem  
principii causativi. *Corol.* Hinc cognitione Dei existentis  
dicit potest innata, a primordio. *Schol.* Hic discursus natu-  
ralis per analysis fit scientificus. 185

## ARTICULUS II.

## De demonstratione existentiae Dei

## § I. De quibusdam inefficiensibus probationibus.

THESSIS I. *Dei existentia demonstrari nequit sive a priori  
sive a simultaneo.* 1<sup>a</sup> Pars : cum Deo nihil sit prius, nulla  
dari potest demonstratio a priori. 2<sup>a</sup> Pars : argumentum  
a simultaneo, quod exorditur ab idea abstracta entis per-  
fectissimi dare nequit nisi notionem existentiae cuiusdam  
possibilis. 187

*Sententia opposita fundamenta excutuntur.* Adversari  
autem distinctionem inter existentiam idealem et  
existentiam realem hic introduci non posse; sed innitun-  
tur aequivocatione et petitione principii. *Schol.* Quidam  
theologi vim tribuant huic argumento. 188

## INDEX SYNOPTICUS.

273

## § II. De vera ratione probandi Deum existere.

Triplex est argumentorum genus : *Argumentum meta-  
physicum. Thesis. Mundi contingencia indubitate Dei  
existentiam probat.* Nam ens contingens arguit ens neces-  
sarium. 191

*Argumentum physicum. Thesis. Ex admirabili ordine  
mundi evidenter demonstratur Dei existentia.* Ordo enim  
perfectissimus declarat sapientissimum ordinatorem. *Corol.* Harmonia partium mundi unitatem causae palam  
facit. 192

*Argumentum morale. Thesis. Ex unanimi constantique  
generis humani consensu in agnoscenda supremi numinis  
existentia, legitime infertur Deum existere, nam consensus  
communis generis humani nequit esse fallax. Schol.* Esse  
nequeunt athei negati. 193

## CAPUT II.

## QUID SIT DEUS?

## ARTICULUS I.

*De modo cognoscendi quid sit Deus.*

Triplex datur Dei cognitione : comprehensiva, intuitiva,  
per creaturas. Hoc ultimo modo Deum in hac vita cognos-  
cimus. Haec cognitione obtinetur 1<sup>o</sup> per affirmaciones, 2<sup>o</sup> per  
negationes, 3<sup>o</sup> per eminentiam. Itae tres rationes sunt  
conducit. 195

THESSIS I. *Nostras quidditative Dei cognitione, licet imper-  
fecta est nihilominus vera.* Nostra enim iudicia objecto  
respondent. 197

THESSIS II. *Simplices affirmaciones Deo directe tribuntur  
perfectiones simplices*, nam affirmatio declarat simpliciter  
attributum convenire subiecto. 197

THESSIS III. *Negationes in recto, sive defectum perfectio-  
nium mixtarum, sive imperfecti modi, quo concepi-  
mus perfectiones simplices, a Deo arcunt.* Nequeunt enim  
ipso denegare quamcumque perfectionem. *Schol.* Deus  
perfectius cognoscitur per negationes quam per affirmati-  
ones. 198

THESSIS IV. *Affirmaciones per eminentiam in recto deo  
simil affirmant perfectiones simplices et negant easdem  
esse in Deo secundum; modum quo illas apprehendimus.* 198

siquidem declarant perfectiones supereminentiū esse in Deo. *Corol.* Pluribus notionibus Deum cognoscimus. 199

## ARTICULUS II.

*De esse Dei.*

**THEISIS I.** *Deus non est in aliquo genere, secūs contrahibilis ac determinabilis esset ejus notio.* 200

**THEISIS II.** *Ratio entis propriissime Deo competit.* Deus enim est ens a se, cuius essentia est actu esse. *Schol.* Deus non est ipsum esse acceptum in sensu Pantheistarum. 200

**THEISIS III.** *Existens est de essentia Dei,* nam Deus consipit nequit non existens. 201

**THEISIS IV.** *Deus est infinitus, utpote nullam habens imperfectionem, seu limitationem.* *Corol.* Ergo Deus continet omnes perfectiones. 201

*De unitate.* **THEISIS V.** *Deus unicus est.* Nam Deus est causa prima, cuius unitatem arguit consensio naturae creatæ et absurditas dualismi et polytheismi. *Schol.* Principium malum Manicheorum pugnantibus inter se conceptibus coalescit. 203

*De simplicitate.* **THEISIS VI.** *Deus est absolute simplex.* *Prob.* I. *Generalitatem:* 1º simplicitas est perfectio: itaque est in Deo; 2º compositum nequit esse ens primum; 3º partes, quibus coalescerit Deus, nequeunt esse entia necessaria, neque contingentia. Ergo. — *Prob.* II. *Specialiorem modo:* Deus excludit omnem compositionem, sive *physicam* ex materia et forma, — ex subiecto et accidente, — ex partibus physicis; sive *metaphysicam*, ex genere et differentia, — ex essentia et esse, — ex natura et supposito. *Schol.* Trinitas personarum nullam inducit compositionem in Deo. 204

## ARTICULUS III.

*De constitutio essentie divina.*

*Essentia in creaturis tripliciter considerari potest. Hic agitur de essentia, qua *metaphysica* appellatur.* 206

*In determinata: proprieitate divina, que haberi possit ut essentia metaphysica, sunt inter Theologos tres praecipue sententiae.* 208

**THEISIS I.** *Essentia Dei metaphysica consistit in aseitate.* *Huius enim perfectioni convenient omnes conditions essentiae metaphysicae.* *Corol.* Deus proprio definiri nequit. 208

## INDEX SYNOPTICUS.

275

**THEISIS II.** *Conceptus entis a se, qui juxta nostrum concipiendi modum, habetur ut ratio nature divinae constitutiva, planè differt ab idea entis sub qua intelligimus quid concipiimus. Nam 1º esse divinum est esse singulare, 2º determinatum etc.* 209

## CAPUT III.

## DE ATTRIBUTIS.

*Attributum strictissime sumptum est perfectio simplex, absolute et necessarium deo predicabilis per modum formæ adiacentis.* 210

## ARTICULUS I.

*De attributis in communi.*

**I.** *Fundamentum multiplicitatis attributorum in nostra ratione cognoscendi Deum.* Hac multiplicitas, quam in Deo concipiunt, venit tum ex nostro concipiendi modo, tum ex infinite objecti cogniti simul et angustia mentis humanae. Itaque fundamentum multiplicitatis est Deo extrinsecum. 211

**II.** *De divinarum perfectionum identitate et distinctione.* 211  
**I.** *De identitate et distinctione attributorum ab essentia.* Errors oppositi: Gilbertus Porretanus et Eudomianus. 213

**THEISIS I.** *Inter essentiam et attributa nulla interredit distinctio reiatis, secūs essentia non esset perfectissima.* 214

**THEISIS II.** *Attributa ab essentia non sola nominum varietate distinguuntur, nam essentia et attributa recipere possunt predicata contradictione.* 214

**THEISIS III.** *Inter attributa divina et essentiam divinam admitti nequit distinctio formalis scolistica, secūs Deus non habetur ut perfectissimus et simplicissimus.* *Corol.* Distinctio inter essentiam et attributa est virtualis. *Schol.* Duplex fundamentum hujus distinctionis. 214

**III.** *De distinctione attributorum ab invicem.* **THEISIS IV.** *Inter attributa absoluta ad invicem comparata, eadem viget distinctio quam inter hoc eadem et essentiam; nam sunt realiter ipsa eademque essentia divina, quatenus pluribus aquivaleat.* 215

**IV.** *De divisione attributorum, 1º in affirmativa et negativa, 2º in quiescentia et operativa, 3º in communicabili et incomunicabili, 4º in physica et moralia, 5º in absoluta et respectiva.* 216

## ARTICULUS II.

*De attributis in specie spectatis.*

§ I. De attributis Dei negativis in specie spectatis.

I. *De immutabilitate.* THESIS I. Deus est omnino immutabilis, 1<sup>o</sup> quia non est contingens, 2<sup>o</sup> quia est infinitus, neconon 3<sup>o</sup> simplicissimum.

THESSIS II. Deus est omnino immutabilis etiam secundum illas intellectus et voluntatis operationes quarum terminus sunt creature, 1<sup>o</sup> Si agitur de esse ideali creaturarum, quod habent in Deo, nulla difficultas. 2<sup>o</sup> Quod earum esse reale, cum A deo cognoscatur uno eodemque actu, hujus etiam cognitio nullam secum fert mutationem. 3<sup>o</sup> Confirmatur per analogiam: 4<sup>o</sup> illustratur comparatione. Corol. Ergo Deus est aeternus.

II. *De immensitate.* Triplici modo Deus inest omnibus rebus.

THESSIS. Deus est immensus et ubique præsens, nam 1<sup>o</sup> est infinitus, 2<sup>o</sup> in omnibus entibus continuo operatur. Schol. I. Immensitas non importat formalem extensionem. Schol. II. An Deus sit præsens spatiis imaginariis?

III. *De incomprehensibilitate,* quae expositulat ut res tota et totaliter cognoscatur. THESIS I. Deus est incomprehensibilis prorsus ab omni intellectu creato, nam est infinitus.

THESSIS II. Deus est etiam invisibilis naturaliter ab oculo corporeo sine ab intellectu creato: 1<sup>o</sup> pars constat ex eo quod Deus sit spiritualis; 2<sup>o</sup> ex eo quod nulla sit proportionatio inter Deum et intellectum creatum. Schol. An de absolute Dei potentia fieri possit ut videatur essentia non visus attributus.

§ II. De attributis Dei positivis in specie spectatis

Esse possunt vel quiescentia vel operativa. *De perfectionibus Dei quiescentibus.* I. *De veritate entitativa.*

THESSIS I. Entitativa Dei veritas est hac perfectio qua proprios Deitatis characteres sibi vindicat Deus, nam in hisce characteribus consistit cognoscibilis.

THESSIS II. Veritas divina est fons et mensura totius veritatis qua prater Deum concipiatur. Etenim 1<sup>o</sup> est fons possibilium, 2<sup>o</sup> fons realitatis rerum, 3<sup>o</sup> fons veritatis formans. Schol. Est etiam fons ordinis moralis.

218

221

222

223

224

225

226

## INDEX SYNOPTICUS.

277

II. *De bonitate.* THESIS I. Deus est summa et omnimoda bonitas, siquidem est plenitudo totius perfectionis. Schol. Bonitas divina non est causa formalis omnis boni creati.

227

THESSIS II. In Deo est etiam illibata bonitas moralis, seu sanctitas, nam omnes sanctitatis rationes perfectissime in Deo reperiuntur. Schol. Sanctitas positive et negative spectata in creaturis.

227

*De attributis Dei operatis.* I. *De intellectu,* qui in Deo est ipsa intellectio, immo est ipsa essentia.

228

*De objecto scientiarum divinarum.* THESIS I. Objectum primarium et motivum scientiarum divinarum, qua 1<sup>o</sup> est per se intelligibilis, et 2<sup>o</sup> prima ratio cur intellectus cognoscat. Corol. Alia sunt objectum secundarium.

229

THESSIS III. Essentia divina est objectum formale, reliqua autem vera non nisi objecta materialia esse possunt divinae essentiae, nam hec determinat cognitionem, et alia hanc determinare nequeunt.

230

THESSIS IV. Justa meliorem sententiam Deus cognoscit objecta secundaria ut formaliter in seipsis sunt vel esse possunt, nam hec modo etiam sunt cognoscibilia. Schol. Id non officit immutabilitati et independentia Dei.

*Divisio scientiarum.* I. *De scientia simplicis intelligentia.*

230

THESSIS I. Objectum adequatum scientia simplicis intelligentiae sunt omnia possibilia, secundum formalem possibiliter objectis ratione. Per se constat, nam hec scientia ratione objecti distinguuntur ab aliis.

231

THESSIS II. Deus res possibilis distincte cognoscit secundum proprias rationes, omnesque possibilites perfectiones relationes, fines, limites, etc. Nam Deus perfecte comprehendit omnia que ipsa cognoscenda objiciuntur. Corol. II. Multo possibilium dici potest actu infinita.

232

*De scientia visionis,* quae terminatur ad Deum vel ad creaturas. THESSIS I. Deus seipsum adequate comprehendit, nam vis cognitiva in Deo est infinita.

233

THESSIS II. Deus cognoscit omnia qua aliquando existentiam sortiuntur. Deus enim cognoscere debet quidquid est cognoscibile. — Imo ab aeterno cognoscit omnia verum.

233

*De scientia media,* que respicit futura conditionata.

THESSIS I. Hoc scientia media admitti posset, utpote recipientis objectum proprium et distinctum. Schol. Hac scientia in aliquo convenit cum scientia simplicis intelligentiae et in aliquo cum scientia visionis.

234

THESSIS II. Deus certò cognoscit contingenta conditionata futura, nempe actus liberos, qui, positis quibusdam adjunctis

tis, futuri essent. Etenim haec futura constituent quod-dam verum determinatum.

*De medio scientie divinae.* De conceptu et conditionibus medi. Quedam praeponata. Sententia oppositæ : Thomista docent Deum in suis decretis cognoscere actus liberos; altera sententia in sequentibus propositi'ibus proponuntur.

THESSIS I. *Actus liberi a scientia visionis tanquam causa pendere nequeant, nam qualibet scientia objectivam veritatem supponit.*

THESSIS II. *Propria ratio cur Deus actus liberos praedicit repeti nequit ex dictis decretis, secùs voluntas libera ad utrumlibet se determinare non posset.*

THESSIS III. *Deus futura libera non prænoscit in prædictionibus absolute antecedentibus prescientiam liberi consensu. Alter tolleret liberum arbitrium.*

THESSIS IV. *Deus futura libera prænoscere nequit in supercomprehensione libera voluntatis. Voluntas enim in actu primo non magis continet hunc actuum quam opponitum.*

THESSIS V. *Actus liberos Deus ab eterno cognoscit in ipsam veritatem existentie eorumdem, id est, sine ullo medio per parte objecti. Etenim cognitione divina nequit incipere cum actu in tempore ponatur.*

THESSIS VI. *Futura conditionata etiam cognoscuntur a Deo secundum esse ipsorum proprium, quod haberent si condicione ponerentur, nempe in seipsis, seu in ipsis ratione objectiva veritatis, nam eadem est ratio atque pro absolute futuri. Schol. Hac future objective sunt quoddam verum.*

II. *De voluntate. Quid et quotuplex sit divina voluntas?* Voluntas, qua et ipsa essentia sub ratione volitionis spectata, dividitur. 1º in antecedentem et consequentem, 2º in voluntatem beneficium et voluntatem signi, 3º in absolutam et conditionatam, 4º in necessariam et libram, 5º in efficacem, et inefficacem, 6º in iubente et per-mittente.

*De objecto divinae voluntatis, quod est primarium vel secundarium. THESSIS I. Deus seipsum diligit primario, comprehensive, et necessario. Prob. Seipsum diligit primario, quia est sibi objectum adequatum volitionis; — comprehensive, quia vis amandi est infinita: — necessario, quia Deus est prorsus immutabilis. Schol. Deus etiam necessario diligit creaturas possibilis.*

THESSIS II. *Deus libere amat creaturas tam actuales quam*

235

237

238

238

239

240

242

*futuras, quia respectu Dei non habent rationem finis aut modii necessarii. Schol. I. Libertas divina est indifferenter actus ad objectum.*

THESSIS III. *Voluntas divina in malum morale tam ut finem quam ut medium ferri nequit, secùs esset in Deo aversio a summo bono.*

THESSIS IV. *Deus potest malum physicum intendere, non quidem per se, sed per accidens. Deus enim non potest delectari in malo creature, — sed potest velle bonum perfectius cui obstat bonum physicum.*

*De divina voluntatis dubius ac precelentius. Haec virtutes dicuntur attributi moralia: 1º sanctitas, quae in Deo est essentialis, substantialis, infinita, indefectibilis, 2º Misericordia, quae est in Deo quantum ad effectum et ad effectum. Est vel generalis, vel specialis, 3º Justitia, quae dividitur in commutativam, distributivam et legalem. Justitia tum legalis tum commutativa proprie non est in Deo, sed tantum justitia distributiva.*

III. *De Providentia, que est ratio ordinis rerum mente concepta et voluntate sancta. In Providentia quadruplex minus distinguitur.*

THESSIS I. *Est in Deo providentia erga res creatas, nam qui vult finem, velle debet et media.*

THESSIS II. *Deus etiam rebus vilissimis, non solum in communis, sed et in particulari providet, siquidem ipse finem omnibus assignavit, — quae creativit.*

THESSIS III. *Tamen speciali modo Deus curam habet præstantiarum creaturarum; media enim debent esse præstantiora respectu finis præstantioris. Schol. In executionis ordine Deus quandoque utiliter causis secundis.*

243

243

243

244

246

247

247

247